

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Quistorp

**Programma Rectoris Johannis Quistorpii, S.S. Theol. D. ... Super Praematura, At
Piisima Morte Nobilißimae ... Virginis Ursulae Steffens : P.P. Rostochi[i] 13.
Decemb. Anno M.DC.LIII. ...**

Rostochi[i]: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774673818>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,


in

Stephan

U. Steffens.

Rostock, 1653.

38.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774673818/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774673818/phys_0003)

DFG

PROGRAMMA
RECTORIS
JOHANNIS QVISTORPII,
S.S. Theol. D. Pastoris ac Professoris
in Ecclesia & Academia Rosto-
chiensi,

SUPER PRÆMatura, AT PISSIMA MORTE
*Nobilissime, virtutumq; splendore exornatissi-
ma Virginis*

URSULÆ
Steffens/

P.P. ROSTOCHI 13. Decemb.
ANNO M. DC. LIII.

*Conuentu fiet horæ I. in templo
Divæ Marie*



ROSTOCHI,

Typu NICOLAI KILI, Acad. Typogr.

ANNÆUS PHILOSOPHUS.

**Incertum est, qvō te loco mors
expectat.**

**Itaqvē tu illam omni loco ex-
pecta.**

RECTOR
JOHANNES QVISTORPIUS,
Theol. D. Past. & Prof. in Eccles.
& Acad. Rostochiensi.

Oli DEO OPTIMO, M A X I M O
debetur æternitas. Nam antiquissimum
eorum omnium quæ sunt, Deus est, qui
(ut Tertullianus adversus Marcionem
lib. 5. c. 11. scribit) tam alienus ab initio
& fine est, quam à tempore, arbitrio &
materie initii & finis. & qui (juxta Chry-
sologum serm. 57.) nec initium capit, nec recipit finem. nec
admitit posterum, quia non agnoscit occasum. Nos vero misere-
ri & deplorandi mortales, ex quo in hancce vitalem
prodiimus auram, ad mortem condemnati sumus. E-
leganter Homerus Iliad. m. vers. 326.

Kῆρες ἐφεζεῖον θεράπειο

Μυέλαις ἀσ τοι ἐτι Φογεῖν βεγδη ἔδιπαλόζει.

i.e. Fata instant mortis infinita, quæ non licet effugere homi-
nem, neq; evitare. Vel ut reddit Lipsius Centur. 3. ad
Belg. Epist. 5.

----- Parca mortalibus instant

Millene, quas nemo hominum vitæ fugiatve;

Cottidie pars aliqua vitæ demitur, quin & hora omnis;
& momentum ad metam illam dicit. Nulli hic Parca
parcit, omnibus stat sua dies, & præfinitum tempus; si
tamen tempus appellandum, lapsus aliquot annorum,
mensium, dierum. Quam brevia quippe ista? quam
citò abeunt? & sumi instar evanescunt? Et quanquam
in hac ipsa vitæ inconstantiâ, multi proh dolor! morta-

A 2

litatis

litatis obliviscantur; plurimiq; absq; mortis memoriā
aut mentione, securē vivant: qvanqvam pleriqvē spes
& vota, in opes, honores, ac alia ludicra fortunē bona
disponant; Mors nihilominus supervenit, & obliquo
oculo, consilia eorum curasq; ridet; & qvidqvīd à phan-
tasiā hominum in hac scenā exstructū, ilieō diruit: ac
dum seculum sibi spondent, vix florem ætatis attingunt.
Ut enim navim interdum improvisus vortex absorbet:
sic illa homines; præsertim qvibus indoles melior, &
ingenium supra annos. O maximam nostram imbecillitā-
tem! nempē

Οἰητρὸς Φυλλῶν γενεὴ πολιθέη τοῦ ἀνδρῶν.

Ut folia nascuntur & cadunt: sic homines. Qvos non
frustrā cum iis comparavit maximus Poëtarum. Ita e-
nīm sati & nati sumus. Vides arbores, qvæ primō vere,
foliis & frondibus pulchræ, virent, & gratissimam sui
umbram præbent: At qvām levia hæc & caduca. Illas
nebula una, ventus, erucā, æstus, amoeno conspectu spo-
lliant. Nos pituita, catharrus, febricula, tabes, aliaq; vel
exiguorum morborum genera privant. Exemplum au-
tem recentissimum horum omnium habemus, in Sele-
ctissimā, maximisq; Virtutibus, qvæ fœmineum exor-
nant sexum, conspicuā Virgine URSULA Steffens.
Qvæ auspicata fuerat communem hancce nobiscum
mortalitatem. Anno M DC XXX, die 22. Februarii,
Patre Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo, Excel-
lentissimo Viro, Dn. MATTHIA STEPHANI,
J. U. Doctore, Consiliario Pomeranico, in Universitate
Gryphisvaldensi J. U. Professore celeberrimo, ac Se-
niore venerando. In qvō, ut ex eruditissimis ingenii
monumentis, per Literarium Orbem dispersis patet,
tum Juris Scientia, tum cæteræ disciplinæ, tanq; in-
delubro

delubro qvadā & sanctissimo Oraculo contine ban-
tur. Et qvī fratrem habuit, Virum Nobilissimum, Con-
sultissimum, Excellentissimum Dn. JOACHIM U M
STEPHANI, Professorem itidem Gryphiswaldensem,
Consiliarium Pomeranicum & Consistorii ibidem Di-
rectorem. Virum certē, non minoris doctrinæ atq; eru-
ditionis, & admirabili qvadā in agendis rebus sapien-
tiā ac prudentiā præditum, viventem & florentem ho-
die, tum in ingenii sui speciminibus, tum in filio, in hac
Provinciā celebratissimo, Viroq; Magnifico, Nobilis-
simō, Excellentissimo Dn. LAURENTIO STEPHA-
NI, J. U. Doctore, Professore, Seniore Academie Ro-
stochiensis; Consiliario Mecklenburgico, & supremi
Judicii Provincialis Præsidente gravissimo. Qvod ve-
rò Matrem attinet piissimè defunctæ Virginis, è qvà
hancce vitam caducam prænominato Anno dieq; in-
choaverat. Erat illi Matrona præclarissima D O R O-
THEA Seidels, Fœmina virtutibus Fœmineum sexū
decentib⁹ condecorata. Avus ejus paternus fuit Vir Exi-
mius Prudentissimus ac Spectatissimus, Dn. H T P P O-
LITUS STEPHANI, Vir recti semper conscius,
nulloq; vitiorum de honestamento devenustatus. Avus
maternus ipsi fuit. Vir Excellentissimus & Experientis-
simus Dn. JACOBUS SEIDELIUS, Medicinæ Doct.
ejusdemq; in Academia Gryphiswaldensi Professor di-
gnissimus, ut & Celsissimi, Principis & Ducis Pomera-
nicæ Dn. ERNESTI LUDOVICI, &c. &c. Archiater,
Civitatisq; Gryphiswaldensis Phisicus. Avia paterna
ipsi erat URSULA Karstens / Mulier nulla vitiorum-
labe, quæ hunc sexum non decent, respersa. Avia verò
materna erat CATHARINA Cyndarsen. Reverendi
& Clarissimi Viri Dn. M. JOANNIS Cyndarsen/Pasto-

ris & Professoris Gryphiswaldensis meritissimi filia. E.
tam præclaris ac celeribus prodierat parentibus atq; v
majoribus Virgo hæc lectissima, Qvibus jure merito glo-
riari potuisset, nisi maluisset splendorem generis, pro-
priis virtutibus illustriorem reddere, qvam solā paren-
tum claritudine acq;iescere. Qvocirca postqvam, per
lavacrum regenerationis, Christi JESU Ecclesiæ iniciata
fuisse, diligentissimè ac sanctissimè à Parentibus edu-
cata, in præceptis ac mandatis DEI sedulò informata,
iisdem ipsis, non solum devotissimè paruit; Sed in omni-
bus, dignissimam non degenere filiæ fidelitatem, ut & de-
bitum cultum ac amorem constantissimè contestata fuit,
in nullaq; re unqvam, qvamcunq; humana præstare po-
terat imbecillitas, ipsiusmet contradixit. Qvod cæteros
proximos, vicinos, amicos, ac qvosvis alios attinet mor-
tales; comis, benigna, suavis, tantaq; in conversatione fa-
cilitate erga alios fuit, ut qvem exasperaverit neminem
reperias; qvippe qvæ benevolia in omnes, omnium fer-
mè amorem viva, & jam mortua acerbas lachrymas o-
mnium, insperatum ac præmaturum obitum ejusdem
deplorantium promerita fuerit. Religionis Christianæ,
ac pietatis cultrix fuit indefessa, sacras ædes, ad audiendū
Verbum Divinum, tum in hoc loco, tum alijs dili-
gentissimè freq;entayit; preciosissimo ac saluberrimo
Corporis ac Sangvini Christi Jesu cibo & potu, tum hic,
tum alibi, sœpissimè anima suam piissimā pavit, ac refo-
cillavit; neq; unqvam SACRA DIVINAQ; OFFICIA ob-
fivolam aliquam causam, (ut pleriq; faciunt) neglexit; in
solis cœlestibus negotiis, summam & unicam collocans
voluptatem. Cum vero Anno 1646. DEUS præpotens,
Matrem ejus dilectissimam, in ærumnosum mœstissi-
mumq; Viduitatis statum conjecisset. O Deum immor-
talem! qvanto illi hæc defuncta filia solatio? qvanto in-

rei

rei domesticæ administrationē auxilio; ac subsidio fuit?
Cum verò idem DEUS, omnium rerum dispensator, ut
et qvisimus ita benignissimus, prædictam matrem Anno
1648. ex hac calamitosâ vitâ, ad vitam sempiternam, &
et viternâ felicitate affluentem evocasset, dici & expri-
mi nequit, qvântâ concordia qvântâ unanimitate. qvân-
tò consensu, qvântò amore cum fratre suo, Viro Nobis-
lissimo, Amplissimo, Excellentissimo Dn. PETRO
STEPHANI. J. U. D. in Universitate Gryphiswalden-
si Codicis Prof. celeberrimo, Regii in Pomeraniâ Consi-
storii Assessore, & p.t. Facult. Juridicæ Decano spectabili,
in ædibus ejus propriis, simulq; cum svayissimâ sorore,
adhuc superstite vixerit. Qvam tranqvillam, jucundamq;
cum ipsa vitam, prædictus frater, simul cum sororibus,
in memoriam hodiè revocans, acerbissimô sanè, ac tri-
stissimo pectore, tam velocem illius è mortaliū consor-
tio secessum perferre cogitur. Qvæ cum antè aliquot se-
ptimanias, amantissimâ suam sororem apud nos degentē,
Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi Dn. JO-
HANNIS Wegenern J. U. D. supremi Judicij Provincia-
lis Advocati, ut & Ducalis Consistorii Fiscalis prudentis-
simi honestissimam Consorte visitasset, cum illaq; gratis-
simâ, per hocce tempus, ac fermè extremā in hac vitâ co-
versationē continuasset, tandem sic dispelante supremo &
et qvisimo reñ A. bitro, in periculosem incidit infirmit-
tatem; multis remedius adhibitus, non reparatā; qvæ testi-
monio Viri Clarissimi, Excellentissimi, Experient. Dn.
JOHANNIS BACMEISTERI, Med. D. celberrimi,
Febris fuit (ut verba ejusdem retineam) ardens, cum vehementi capitu do-
lore, comate vigili, alijsq; gravissimis Symptomatibus conjuncta, à bilo flave
putredine in sanguine, & putrida corruptione ortum trahens, tanq; exiguo
temporis spatio vires consumens atq; enervans, pieq; defunctæ inevitabilem
mundo, fratri, sororib; alij, amicis; valedicendi, necessitatem adserens.

Qvam

Ovam cum jam imminere, sibiq; ultimum ævi terminū instare animad-
vertisset, expectavit fatalem metā, summā mentis tranquillitate; mente
sibi semper ad extremum halitum constante, animō infraicto & impavi-
dōs & cum jam advenisset decretorius ille dies, de corporis animæq; di-
vortio ultimam sententiam ferens, hancce devotissimam precatiuncu-
lam, Ich bin gewiß daß weder Todt noch Leben / weder Engel noch Für-
stenhumb ic. aliasq; cantiones ac sermones, ardente pietatem spiran-
tes, ex adyo peccoris depromens, in constantissimā & continuā Christi
JEsu, Redemptoris generis mortalium fide (dum sex ni fallor) ante obi-
tum septimanis, sacrosanctam Cœnam devote sumisset, præsentemq;
Virum Reverendam plurimum, Clarissimum Dn. NICOLAUM
RIDEANNUM, SS. Th. Licentiatū ac Ecclesiastem ad ædem D. Mariae
Vigilantissimum, Amicum & Affinem honoratissimum, paulò antè
mortem haberet, fati sui legem excepit, sicq; Virgo integerrima
occinens illa savissima verba, Kom du schone Freuden Krohne / bleib
nicht lange ic. repudium mittens vesanis mundi amoribus, inter 8. & 9.
hujus mensis, tempore matutino, ex hac mortalitate, placidissime & bea-
tissimè secedens, cœlestes, cum Cœlesti Sponso Nuptias, in immensam
æternitatem duraturas, in cætu beatissimarum mentium, inchoavit.
Ego vero Te in primis Vir Consultissimè, Nobilissimè, Frater piè mortuæ
dilectissimè; Vos Sorores amantissimæ; Te Vir Clarissimè & Excellentiss.
Affinis denatæ colendissimè; Vos deniq; amici ejusdem compello. Ami-
sistis (verè dicam) amicam re non nomine; amicam candidam, in qvā
Virtutes simul Virginales viguerunt, qvæ singulæ in omnibus prædicantur.
Cavete tamen plus nimium vos maceretis, & fibulam dolori laxetis.
Cogitate jucundissimū esse qvod habuistis, humanum qvōd perdidistis,
& inesse rebus cunctis qvendā velut Orbem, ut qvemadmodū tempo-
rum vices, ita mortalium vertantur. Cum auiem hujus lectissimæ Virginis
exuviae, terræ relictae, hodie ad primā horam pomeridianā, sepulchro,
tanquam quietissimo, ad futurā Carnis humanæ resurrectionem domi-
cilio inferri debeant, Vos CIVES ACADEMIAE officiose ac amanter invito,
ut frequenti comitatu, supremum honoris officiu, iisdem, contestari non
dedignemini. Facite rem Christiano homine dignissimam; Virginem ex
literatissimis ac Eruditissimis progenitā Parentibus, ad communē dor-
mitiorum deducite; nōmemores vestrae propriæ fragilitatis; qvōd nempē
ad eundem terminum omnes moveamini; qvod eadem sic rerum vestra-
rum meta; qvam qvolibet momento, qvolibetq; oculi iectu præ-
stolari debetis. P. P. Rostochii sub Sigillo Academæ
die 13. Decemb. Anno M. DC. LIII.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774673818/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774673818/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774673818/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774673818/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774673818/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774673818/phys_0015)

DFG

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn774673818/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774673818/phys_0016)



delubro qvodam & sanctissimo Oracula-
tur. Et qvī fratrem habuit, Virum Nobil-
fultissimum, Excellentissimum Dn. JOA-
STEPHANI, Professorem itidem Grypho-
Consiliarium Pomeranicum & Consistori-
rectorem. Virum certe, non minoris do-
ditionis, & admirabili qvadā in agendi
tiā ac prudentiā p̄reditum, viventem &
die, tum iā ingenii sui specimini bus, tum
Provinciā celebratissimo, Viroq; Magni-
simo, Excellentissimo Dn. LAURENTI-
NI, J. U. Doctore, Professore, Seniore A-
stochiensis; Consiliario Mecklenburgie
Judicij Provincialis Pr̄esidente gravissi-
mo Matrem attinet piissimē defunctæ
hancce vitam caducam pr̄enominato
choaverat. Erat illi Matrona pr̄eclarissima
THEA Seidels, Fœmina virtutibus Fe-
decen̄tib⁹ condecorata. Avus ejus paternus
mius Prudentissimus ac Spectatissimus,
LITUS STEPHANI, Vir recti sei-
nulloq; vitorum de honestamento deve-
maternus ipsi fuit. Vir Excellentissimus
simus Dn. JACOBUS SEIDELIUS, N.
ejusdemq; in Academia Gryphiswaldensia
gn̄issimus, ut & Celsissimi, Principis &
niæ Dn. ERNESTI LUDOVICI, &c.
Civitatisq; Gryphiswaldensis Phisicus
ipsi erat URSULA Karstens / Mulier
labe, quæ hunc sexum non decent, respe-
materna erat CATHARINA Cymbal
& Clarissimi Viri Dn. M. JOANNIS

A 3.



the scale towards document